

Q GSTA-PK Berlin: VI. HA, Fürstliches Hausarchiv Dohna-Schlobitten: Christoph zu Dohna Nr. 312; eigenh., 1 Bl. – Veröffentl. v. C. Krollmann: Ein Brief Martin Opitzens aus dem fürstlich dohnaischen Hausarchive in Schlobitten. In: *Altpreußische Monatsschrift* 44 (1897), 597–598. *Opitz-Briefepertorium*, Nr. 106. Erwähnt in *Frels*, 218; *Szyrocki: Opitz (1956)*, 203. Vgl. Opitz' Breslauer Brief an Dohnas Bruder v. 7. 11. 1631. Borkowski: Ein brief von Martin Opitz an den burggrafen und grafen Abraham zu Dohna. In: *Zeitschrift für Deutsche Philologie* 29 (1897), 533f. (*Opitz-Briefepertorium*, Nr. 112.)

Das im Krieg ausgelagerte und lange verheimlichte Schlobittener Familienarchiv der Dohnas tauchte 1989 in Teilen im STA Magdeburg auf. Etwa die Hälfte der einstigen Archivalien blieb allerdings bis heute verschollen. Die in Magdeburg aufgefundenen Bestände wurden bestimmungsgemäß dem GSTA-PK Berlin übergeben, das diese als Depositum treuhänderisch verwaltet. Bis zum Januar 2001 wurde es unter der Signatur: I. HA Rep. 92 Fürstl. Hausarchiv Dohna-Schlobitten verwahrt.

A *Fehlt.*

S. P. D.

Illustrißime Domine,

Illa splendidissimæ genti Vestræ propria comitas, illa singularis erga me benevolentia tua, quam quomodo mereri possim non video, mihi semper in oculis hactenus hausit; magis tamen in animo. Concedat tibi Deus Immortalis, quicquid pietati eiusmodi ac virtutibus vouere nos tui possumus; ego me imparem esse tanto honori prorsus confiteor. Hanc scribendi tamen audaciam iussa mihi tua fecerunt, quibus^a ego modestiam meam posthabere iure debeo. Et quamquam aliud argumentum desit, hoc clementiæ tuæ suffecerit, me saltem officio meo defungi. Cæterum de consanguineo tuo, meo Mæcenate,¹ si quid vis, quaternas² illo dum hic moror ad me dedit, quarum postremis de mora apud Dantiscanos sua³, et expectatione Regiorum ex Suecia Daniaque Legatorum prolixè queritur, et iam se bis reuocatum ab Imperatore refert. Adde splendidas, vti Vos magnates soletis, de re nihili cerimonias; quod Oxensternius ad illum, ille ad Oxensternium ventitare per aliquot septimanas primus noluerit. Interim occasio rerum agendarum omittitur, luentibus iis apud quos copiæ militares otio luxurique diffluentes consistunt. Nunc tamen quicquid hoc negotii est ibi peractum esse vel inde coniicio, quod Suecum ad litus prope Stralsundam appulisse⁴ literæ ex Batauia affirmant. [1v] Hic rebus pacatis bellum cum Vitiis gerimus; ad quorum tamen castra maior nostrum pars iam accessit. Tilenum,⁵ ante paucos dies apud decus literarum Hug. Grotium⁶ offendi; sed sermones nostri circa res alias quam quas nouisti⁷ læserunt. Propositi cum sui adhuc tenacem esse, tu, qui magnum eius animum nouisti, cogitare facile potes. Vtinam qui nobiscum non sentiunt, saltem pio errori nostro, quamquam vbi erremus nescio, non inuideant. Patriarchæ Constantinopolitani⁸ (id quod certò promittitur) responsum ad acerbas illas literas⁹ auide expectamus. Ego sub finem^b Augusti mensis, monitu Patroni mei domestici, Francofurtum Lipsiamque, perlustrato Sedano, Treuirique, inde Silesios meos repetere cogor;¹⁰ vbi si quid est quod peragi à me velis, operam omnem fidemque meam pollicior. A te vero, Domine Illustrissime, ma-